


pastillos, & servantur ab annis tribus usque ad diudecim. Dosis est à gravis decem usq; ad 3 j. \* Bilem ac pituitam extrahit. Optima suspirioris est purgatio. Menses cier, & partus enecat, in pectori subditum, morbo regio medetur. *Medici Florentini, ex Diocoride.*

*OPOanax*, succus est effluens ex infra radice aut caule panacis, quod Diocoridi Heraclaeum dicitur. Hoc cognita est planta, & ipse succus, qui maxime probatur quam amarillimus, interne albus, aut subfulvus, foris colore croci, levis pinguis, friabilis, tener, itatum in aqua eliquescens, gravi odore. Niger improba-

A tur, ac mollis. Adulteratur ammoniaco, aut ceraso; sed sinceri experimētū est, si digitis in aqua fratus resolvatur & lactescat. Conservatur annis quinque vel sex. Dosis ejus est à 3 j. usque ad ii. Corrigitur malicie & spica. Purgat phlegma crassum & viscofum à partibus remotis, & juncturis, & propriè mundificat cerebrū & nervos. Et confert aegritudinibus nervorum frigidis: percutias mundificat: tussi antiquæ confert: potum cum aceto hora una ante accensionem, & cum succo apii & oleo anethino spinz illium, rigorem febrem prohibet. Ichnadi, podagre, gona-grae confert. *Medici Florentini ex Mejue.*

### De GUMMI & RESINIS, Sectio XVII.



*De gummi & resinis calidis  
temperatis.*

**L**ACCIA Arabum, Græcis Caneamum dicatum, hodie non repertur: ideoq; ejus loco syraxe utendum est. \* Obechos extenuat, urinā & mēstrua provocat, &c. *Medici Florentini*.

**GUMMI ELEMI**, quibusdam Cedri lachryma est, aut oleo Äthiopicæ, aut arboris ignoratæ. Melius est Scammonio simile, resinosum, fuligineum, nullis exilibus conflans, mordax. Damnatur Ammoniacum vel gummi Arabicum simile, colore nigricans, mortuis expers. Explora, an vermum sit officinæ: nam quod preferunt, est resina picea: aut piæ, quam Burgundicam vocamus, colore & consistentiâ simile, & odore primum levi, deinde tamen valentissime, & multis gravi. Servatur in loco secco per aliquot annos.

\* In calvaria fracturis, ac vulneribus mififice ungentis & emplastry additur, adeo ut praefalsum sit in his sanandis medicamentum. *Medici Colonienses*.

**TRAGACANTHUM**, Græcis Tragacantha, lachryma est, que à radice plantæ cujusdam spinosæ ejusdem nominis manans, concrevit. Laudatur alba, perlucens, graciilis, laxis, suceraria, subducis: salvia in ore diu lente scit. Quæ vero est antiquata, magis palefæcitt primum: deinde rubescit, tandem etiam flavescit: (quod lachrymus propè omnibus commune est) itique tragacantha hæc annis amara, ob idque calidior, dulcium cæterorum more. Ob id etiam multi tragacantham flavam antidotum esse: *Alexandri*, *antidotum Hadriani*, & *discurcumæ majori*, & aliis quibusdam compositis miscent, que calida sunt, praetertim ubi cocta sunt, & (ut dicunt) fermentata, post annum seilicet dimidium: alijs vero frigidis aut temperatis albam aut pallidam. Porro Florentinis videtur gummi Arabicum esse vera tragacantha. Erratragacantha dicta videtur eis esse acacia: sicutq; proinde alteram alterius loco sum posse, cum vires habeant similes.

\* Cujus spiracula, ut gummi obstruit. Hujus increbuit ulus ad oculorum medicamenta, ad rufum, exasperatas sauces, retulsa voces, cæteraque desillationes, cum melle in distinctu: subdita quoque lingua hœvescit. In pallo madefacta, drachma pondere bibitur contra renum dolorem, & velice rosiones, mixto cornu cervi usto, & eloto, aut scissi aluminis momento. *Dioscorides*, & *Colonienses*.

*De gummi calidis in primo.*

**BDELIUM** lachryma est arboris Saracenicæ, vel Sembrachenicae. Probatur gustu amarum, translucidum, taurini glutinis modo, intus pingue, & si tactu subigitur, mollescens, ligni ac fôrdis expers, odore unguis marinæ incensum. Facultate secundum, est veluti siccum, resinosum, livescens. Tertium est Indicum, folidum, nigrum, grandioribus glebis in offas convolutum. Adulteratur gummi: sed id minùs est amarum,

A & suffitu minùs odoratum. Ex eo quod in usu est, deligendum quod maxime accedit ad prædicti notæ, donec præstantius aliquod adveniat. \* Calefacit & emollit: duritas, & turgentia guttura, humidasque hernias discutit, cum jejunia saliva dilutum: vulva spiracula laxat appositu & suffitu: & partus humiditatesq; omnes extrahit: calculos potu comminuit, urinam moveat, tuffientibus & a serpente percussis utilissime datur: valet ad rupta, vulvæ, laterum dolores, & discurrentes spiritus. Malagmati inferunt, quæ contra duritas & nervorum nodos prolunt. Contusum resolvit afluxo vino, aut aqua calida. *Medici Florentini ex Diocoride*.

**GUMMI HEDERA**, lachryma est ipsius hederae. Colligitur menie Mayo. Piloethrum est. illius pediculos enecat.

*De gummi calidi in secundo.*

**GALBANUM** scule Syriaca liquor est: vulgo norum est. Laudatur multis granulis constantes, merum, thuris effigiem prebentes, pingue, non lignosum, retinens nonnihil semenis & sua ferula, grave odore, neque humidum, neque aridum. Adulteratur resina, faba farina, & ammoniacum: quod ex notis jam dictis deprehendit. \* Excalfacit, urit, extrahit, discutit: mentes ac partus trahit, appositu vel suffitu. Lentigines acero & nitro percutunt tollit. Devoratur ad insulæ veterem, difficultatem spirandi, suspiria, rupta, convulsa. Adversatur toxicis, potum cum vino & myrra: simili modo sumptum mortuos partus extrahit. Imponitur latentes doloribus & furunculis: comitiales & vulvae strangulatus, & vertiginosos olfactu suscitat, *Dioscorides*.

**Galbanum** ubique cognoscitur: quanquam raro laudabile se offerat: sed ferè ejusmodi, quod omni lignorum & lapillorum imminudicie plenum est, & aliis quoq; rebus immundum: quod in primis ejus odore, qui non adeo est gravis & ingratus, proditur. Sed & hoc Venetiis celestum conqueri potest: optimum autem est granulis refertum, ut alii omnes interpres vertent, excepto Ruellio, qui Plinius imitatus, cartilaginosum interpretatus est. Sed quoniam Dioscorides addit, simile esse debere Thuri, quod ipse quoque Plinius adjungit, aut Ammoniacum, videtur potius granorum instar legendum esse. Nam quo pacto potest esse Galbanum cartilaginosum, & præterea simile Thuri, aut Ammoniacum, (que in lachrymis rotundis affertur) pingue, non lignosum, quod in se retinet nonnihil ex suis seminibus, & ipsi ferulae formantis, gravis & ingratis odoris, non nimis humidum aut siccum, & sapore, ut alii adjungunt, tetra & ingratis: Hoc Dioscoridis tempore adulterabatur faba fressa, resina & Ammoniacum. Itaque Galbanum ab omnibus fôrdibus tam nativis quam arte factum purgari debet, si modò hoc postremum coacti fuerimus allumere, quod tamen nequit probo. Modus deputandi talis est: Gal-

**E**t: Galbanum in linteo mundo & raro suspen-  
ditur in vase aliquo fictili, aut aneo, ne tamen  
fundum contingat: & postea vis bene cooper-  
tum in aquam ferventem collocatur, & hoc mo-  
do sincerum liquefactum extillabit, & ligno-  
sum in ipso linteo remanabit. Hoc Galenus tra-  
didit 3.lib.de Medicamentis secundum genera,  
cap.5. ubi dicit, Galbanum in duplo i vase esse li-  
quefaciendum, quod vulgo vocamus Balneum  
Maris: unde etiam aliud lignum minime fallax  
colligitur, ut verum dignoscamus. Nam Galba-  
num in nullo liquore frigido, sive aqua, sive vi-  
num aut acetum fuerit, quemadmodum major  
pars siccorum facit, atque portosum Ammoni-  
acum, Sagapenum, Opopanax, & Myrrha dis-  
solvit; sed temper indiget ignis opera, ut Pro-  
polis quoq; Ladanum, Cera & Resina. Hancque  
ob. auferam hinc diximus, Galbanum quefieri  
debere in balneo una cum Styrace & Terebin-  
thina, que exempli causa tum quasi in vas aliquod  
collocavimus ceruleum: seorsim in vino resol-  
ventes Myrrham, succiu Hypocistidem, Glycyr-  
rhizam, Sagapenum, Opopanax & Opium,  
quibus vas nigrum aligavimus. Ideoque Me-  
dici & Pharmacopei diligenter obseruent, ne  
succum unum pro altero accipiant.

**M Y R R H A** Arabicæ & arboris lacryma est.  
Huic tantissimi non quadrent omnes notæ à Dio-  
scorde descripsæ, cur tamen multis sit prædicta  
bonis qualitatibus, existimat nonnulli pro vera  
posse usurpari. Eligenda est pinguis, resinosa,  
rubescens, densa & splendens. Sunt, qui affir-  
ment storacem liquidam, qua officinæ utuntur,  
stilatum myrrha liquorem esse, qui Statte ve-  
teribus dicebatur. Quod nullo modo convenit: nam storax liquida factitia potius quidam  
viderit, cuius nullus usus pro myrra statte  
esse debet. Quod vero de opoca pao ferbit  
Galenus, quod myrrha similitudinem gerat, sed  
venenorum & exhalitum sit, multoque laxata  
mortuos esse, quod in medicamentis opocal-  
pasi pro myrrha afflumpsum, nemini nostra  
ætate contigisse audivimus. Quod magnum ar-  
gumentum est, nos vera myrrha catere. \* Calfi-  
citur, cohobetur, posponit gignit, glutinat, succedit, ad-  
stringit, vulvam emollit, & præclusam aperit:  
menes & partus celeriter extrahit cum absin-  
thio, lupinorum cremore, vel succo ruta admoto:  
ta: tuberculo fabae devoratur in vetere tuis, or-  
thopnea, in laterum pectorisque doloribus, in  
alvi profluvio & dysenteria: horrores discutit  
duabus horis ante febriom accessiones, fabæ  
magmtitudine pota cum pipere & aqua subdita  
lingua liquataque, scabrietem arterie expolit:  
obtulam vocem expediri, ventris tinea enecat:  
contra gravem oris halitum mandit, & adver-  
sus alarum tedia cum liquido alumine illuat:  
gingivas & dentes stabilis, colluto cum vino &  
olio ore: vulnera capiti illitu glutinat: mede-  
tur fractis auribus, ac ossibus nudatis, peruncta  
cum cochleari carnis: item purulentis auribus,  
inflammatisq; cum meconio, cafforio, & glau-

**A**cio: ad varos cum cassia & melle illinitur: impe-  
tigines ex aceto purgat: defluentes capilli cum  
ladano & vino myrteo illata firmat: diurnas  
destitutiones levit, illi vix pena naribus: oculo-  
rum ulcera complect, albugines roslit, caliginem  
discutit, scabrietem levigat, *Dioscorides & Medici*  
*Florentini.*

**M yrrha & Bdellium**, que in usu habentur, tam  
similia inter se sunt colore, & lapore, & substi-  
tia, ut communiter omnes utrunq; id unam spe-  
ciem faciant. Hujus partes posteriores sub nomi-  
ne Bdelli, minus vero puras sub Myrrha ad nos  
misericordi mercatores. Unde postea opinio fuit,  
utrunq; Myrrham esse, & Bdellium hoc tempore  
ad nos non afferrari: cumq; opus esset Myrrha,  
Medici puriorum partem Bdelli, falso ita dicti,  
fuissebant. Et quanquam hoc legi sumum fuisse  
nihilominus una atque altera species ait arida,  
nec apparent in illo venezile albantes per me-  
dium transente instar unguium. Postea timea  
ceptum est apportari aliquid de Myrrha succu-  
lenta, pingui & boni, cum omnibus illi notis,  
quas perfecte alignat *Dioscorides*. Sapore e-  
nim est amaro & acer, bono odore praedita, q; æ  
fracta interiori habet venas quasdam albas, in-  
star unguium, & color est splendens & pallidus:  
& haec est se liganda ipsius ratio. Nam quemad-  
modum Rondeletius quoque recte annotavit  
in cap. de Gobio pisce, Graeca dictio *υετραληπτος*  
intelligi potest de colore subviridis, & etiam pal-  
lescere. His autem in secunda significacione  
accipi debet: nam si Myrrham subviridem que-  
rere mus, nunquam ejusmodi inveniremus. Ta-  
lem speciem bona Myrrha primus vidi apud  
Ferdinandum Imperatorem, qui pro sua officiæ  
usu, non sine labore, Venetiis eam sibi curaverat  
apportari: atque idem quoque mihi Opocarpas  
repertum inter Myrrha fracta monstravit.  
Ideoque dicit Galenus libro de Antidotis, ca-  
pite ii. Myrrham transmutari in Opocarpum,  
luscipiendo non solum ipsius figuram, sed vene-  
natam quoq; ipsius qualitatem: quare *Dioscor-*  
*de Opocarpaso*, hoc est, de succo carpasi (nam  
ita vocat illud, non Opocarpum, ut *Galeum*  
loquitur) inter venena agit 6.lib. Cum vero mul-  
ti vidissent hanc Myrrha speciem mirabiliter  
prodeesse in morbis oculorum, putantes ejusdem  
facultati esse in interioribus affectibus, in cau-  
sa fuerunt, ut multi qui illum assumerint, inde  
mortui fuerint. Hanc itaque transmutationem  
Myrrhae in Opocarpum, antea non à me vi-  
sum, fateor primum Imperatorem mihi monstrar-  
se. Quanquam autem non ubique verum Opocar-  
pum ad manus sit, cum quo Myrrha confer-  
ri possit, nihilominus si in Myrrha animadver-  
terimus multas esse glebas diversas admodum,  
quoad odorem & laporem, differentes à vera,  
non absq; ratione judicabimus, eam mutatam  
essi in Opocarpum: nam et si tam colore, quam  
substantia reprecentet speciem præstantissimæ  
Myrrhae, cum venulus quoque interioribus albis,  
instar unguium, tamen qui diligentius eam exa-

minaverit, non habebit amplius Myrrham: & apparent tamen puncta quæ dām rubicentia & lucida. Et cum non sit Myrrha, quamvis primo intuitu esse videatur, flatuatur esse succus iste per transmutationem ex myrrha factus Opocalpum. Unde diligenter est advertendum, ne, dum Myrrham probam existimemus nos accipere, similitudine hac decepti, eligamus hoc venenum, quod antiquis temporibus ad ocularia medicamenta usurpabatur, propter facultatem in consuendit sanitem, & quia initio suffusiones curabat, quanquam intrà corpus venenarum plene esset. At certe magna vis est naturæ, quod rem quandam ita efficacem contra venenum, transmutet in perniciössimum venenum. Ita quoq; Galbanum mutatur in Sagapenum, & Cattia in Cinamomum, quemadmodum Galenus dicit in loco jam commemorato: ubi differit, quo pacto nonnumquam species quedam in alteram commutetur. De quibus adulterandis certe transmutationibus verbosius locutus sum in libro meo Methodi, cap. ii. Unde ad primum nostrum propositum reverentes, dicimus Myrrham, fucci plenam & pingue ad Trochilos Hedychrori accipiendam, & adhibendum esse diligens studium, ut Venetis, ubi non ab unoquoq; cognoscitur, possit comparari.

**M A S T I C H E** lenticula resina est. Optima & copiosissima in insula Chio provenit. Praferatur nitidul modo, resplendens, & candore Tyrhenica cera similis, adusta, retorta, friabilis, odorata, stridorem edens. Viridis autem inferior est. Adulteratur thuris resineque piceæ nucis mixta. \* Pota utilis est fanguinem reponientibus, & tuis veteri: sanguacho auxiliatur, sed ructum moveri: additur in dentifrici, & illationes facies, ad nitorem cuti conciliandum, palpae oculi inconmodas replicat: manducata halitum oris commendat, gingivas contrahit.

**Dioecides** omnibus nota est: eligitur ea, quæ candida est instar ceræ Venetæ, pella: id, fincta, plena, secca fragilis, odorata & strida: ut nigra, viridis, livida aut impura, nullius est momenti. Adulteratur Thure & resina ex Pinis coriaceis, sed odore frustis statim deprehenditur.

**T H U S O L I B A N U M.** lachryma arboris Arabicæ, pinguis, albii, emplasticæ: flavus & siccus, & antiquatum magis. Quod fermentum vocant, resinofum magis est ac molle: cito ardens: maculum in thusis genere primatum tenet, suæ natura rotundum, gatatum formam reticulæ, in dividuum, candidum, cun frangitur, intus pingue, in suffitu lacrima ardens: primum quidem candidat, tandem etiam rufescit. Adulteratur resina picea, & gummi: sed thus ardens: gummi non inflamatur: resina in fumum abit: idem maleficium odor prodit. \* Ad calefaciendum & astrigendum pollet: oculorum caliginem discutit, cava ulcera compleat, & ad cicatricem perducit: cruenta vulnera glutinat, infrenatque cunctas sanguinis eruptions, etiam-

A si cerebri membranis effluat: ulcera quæ cacoethie vocantur, & sedis, & reliquarum partium permixtæ titum cum eo & lacte linamentum: formantes verrucas inter inichia, impigmesq; ex aceto & pice illum tollit, ambuta igni: perniciose cum sullo adipe, aur anterino, & ulceræ in capite manantia cum nitro, si infriteretur, sanat: parnochis cum melle, auribus fractis cum pice, medetur: ad reliquos aurum dolores cum dulci vino infundit: inflammata à partu mamana cum cimolia & rofaco magna utilitate perunguntur: additur ad arterias viscerumq; medicamenta: prodeat sanguinis excretioni potum. Sed in secunda valetudine haustum, iniaman movet, & largius cum vino potum, interficit. **Dioecides.**

**T H U S** adulteratur cum resina Pini & gummi. Quod tamen facile dignoscitur, quia gummi ad motu igni non præberat flamman, & resina statim in fumum dissipatur. Deprehenditur præterea frustis ipso odore diversum aliquid redolentem à Thure legitimo: præstantissimum est maculum, quod natura rotundi granis cōcretum est. Tale est integrum, album, & si frangitur, quasi pingue: idque ex Arabia affertur. Quod vero ex India venit, rubescit, & aliquid lividi coloris habet, atque arte quadam ita in rotunda grana formatum est: cognoscitur autem ex colore, quia laeviter acens plane rubescit.

**P I X** è lignis pinguis & resinosis fluit, præ-

D ferrime pino. Quibusdam tamen in locis, propter pini penitiam, ex picea, cedro, terebintho, cæterisq; sumisbus congregatur. Pix navalis vulgo vocatur, estque duorum generum: liquida & secca. Liquida duorum item est generum: una quæ primum effluit, aqua perquam similis, quia in Syria utuntur in condimentis corporibus, & Cedram appellant, quod ex cedro fit: nam pinos non habent: altera, secundus est qui effluit liquor, qui vasecula collectis, densatur acetato, sive coactus. Pix bruta appellatur: in hoc solum a priori differens, quod concreta sit, colore suco, & pinguis: hac picabantur utræ viarii. Pix arida fit è liquida iterum cocta, hujus sunt in eis duo genera: unum, quod visci modolente fit: alterum siccum & frabile. Præter hæc aliud quoddam genus reperitur, quod piloselæon appellant: exprimitur ex lana, qua excepti sunt vapores elati sursum, quondam pix coquitur. Præterit quod ex pice bruta fit. Alind pices genus Zopifilam vocabant, ex derasa navibus resina & cera conflata. Omnes haæ pices differentes reperiuntur. Liquida præfatur splendens, levis, sincera. Secca probatur potts, pinguis, odorata, subrufa, & resinosa. Improbatur adusta, fumum redolens, & acida. Probatur verò ea, cuius fragmenta splendent, que denibus preflæta lencescit, & gustu est suavi. \* Pix liquida contra venena, phthisin, purulentam excretionem, tulles, suspiria, & pectoris humores, qui difficile extubuntur, efficax est, elegante cyathæ mensura cum inelly dato: tonillarum

fillarum, & uiræ inflammaciones, anginaq; utiliter perunguntur: purulentus auribus infunditur cum rosaceo, & illinitur, cum trito sale serpentum mortibus: adiecta vero pari cera, scabros ungues exticat, impingentesq; emendat: vulva duritas, ac sedis tubercula dilicut: cum farinoq; hordeacea & pueri imputib; urina decocta, strumas rumpit: cohobet ulcera quæ serpunt, cum pin:o cortice, aut sulphure, aut fufuribus illata. Cum thuris manna & cerato profundos ulcerum sinus conglutinat: rimis sedis & pedum magno auxilio insinuat: ulcera replet, & cum melle purgat: quia & cum uva pastia & melle carbunculos & putrida ulcera emarginat, disrupti. Eroden-tibus medicamentis, quas septas vocant, probe immiscetur. Pix arida dura emolit, prius moveret, tubercula panosq; discutit, ulcera replet: vulnerariis medicaminibus commode permiscetur. Zopista vero dissipandi naturam habet. Dosis in unguentis & emplastris ab  $\frac{3}{2}$ . ad  $\frac{3}{2}$ . j. vel plures. *Medici Florentini ex Dioceside.*

**R**ESTINA liquor est ex pinu, picea, abieta, aliisque in uib; sponte proflueni. Eius duplex est differentia. Una liquida, velutina terebinthina ex terebintho, lariigna & laticæ quæ vulpis Italica terebinthina: nam ejus quæ ex terebintho profluit, copiam non habemus. Altera arida, ut quæ ex pinu exiit, & ex fructu arborum resine in tuu similes. Ex liquida terebinthina resinæ omnes antecedit, eao sida, perle da, vireo colore, & in cæruleum vergente, odorata, terebinthum o-lens. In hujus locu suuccellu, ut dictum est, lari-gna, quæ melius colore & odore debet. Ex aridaru genere eligi debet odoratissima, trans-lucent, non retorrida, neque nimium humida, friabilis, & quandam cervi colorem præbens, im-probat rubra & dealbata. Ex his resinae & picea & abieta cæteras antecedunt, & thus odore imitantur. Omnes hæ resinae uno nomine pix Graeca vocantur: de qua inferius. Datur a  $\frac{3}{2}$ . ad  $\frac{3}{2}$ . ij. vel ij. cum dolore levare, aut reue determinere consilium est: si aluum subducere, a  $\frac{3}{2}$ . ad  $\frac{3}{2}$ . b. In emplastris vel unguentis ab  $\frac{3}{2}$ . ad  $\frac{3}{2}$ . vel plures. \* Natura omnibus calcacere, mollire, dilucere, expurgare. Tuli ac tabi convenienter per se, aut in eclegmate ex melle: vitia pectoris expurgant, urinam carent, crudu concequunt, vœ-trem emolliunt, palpebras commodissime repli-cant: lepræ tollunt, cum æruginis ac sutorio a-tramento, nitroisque: auribus faniem emanantis bus cum melle & oleo: item in pruriu genitalium utiles, malagmati, acopisoq; admilcentur. Laterum doloribus per se, illite, & appositu auxilio sunt. *Diocesides & Medici Florentini.*

Terebinthina vera Venetiis haberi potest, quod cœpit jam afferti: nec qui diligenter & sumptibus non pareat, eam desiderare amplius possunt. Quanquam ante annos paucos Episcopus Cata-nensis Caracciolum ex Sicilia, quoque attulerit, ubi ipse met de Terebintho, quibus abundat ea Insula, collegit: quo nomine illi magna gratia sunt habenda: nam hoc modo consuluit multis,

A ne ita ex longinquis regionibus illa sola est pe-tenda. Cognoscitur autem bona (quæ vulgo, ad differentiam usitate, psalm Terebinthus, & non Terebinthina vocatur) sapore & odore referente Terebinthum, que ab eo apud nos multis in locis repertum: in primis vero circa Calilinum Montem Viridæ & Minervinum. Andromachus laudat Terebinthinam Africam, vel Lybicam: Galeno vero magis placuit Chia, quia odore & sapore alias omnes superabat. Nunc Sicula quoque inter poltremas non est habenda.

**S**TYRAX & x hodi duorum est generum: unum Styrax calamita appellatur, Grecis simpliciter styrax: alterum Styx liquidus, qui myrræ sta-ta: quæ pinguislma myrræ pars est, plerisque esse creditur, hoc tamen falsum esse deprehenditur in eo, qui in officinis est. Styx calamita gummi est arboris malo cotonæ similis. Prefertur flavus, crassus, resinofus, albanticibus gru-mis, quamplumatum in sua odoris gratia per-

C manent, qui, dum mollicit, molleum liquorem redunt. Deterior niger, friabilis, & fufurosus. Adulteratur ligni ipsius scobe, melle, cera, adipe odoribus imbuto, & quibusdam aliis. Dignocitur, quod adulteratus invalido sit odore: sacerdos vero admodum acer sit. Qui hodie officinis in usu est, aliqua ex parte Diocesidis descrip-tionis convenit, & quos utendum arbitramur, donec melior proponatur. \* Calefacit, emollit, & con-coquit: medetur tuli, defillationibus, rauco-dit, ui-gravedini, & intercepit vocis: valvæ præclu-sæ, duritate laborant couventi: ut menses po-tu, apposituque: aluum leviter mollit, si exiguum cum resina terebinthina catapottii modo devo-retur. Mifectur utiliter dicentibus malagmati-acopisoque. Adolevit autem, & igni torretur, ut fiat ex eo, velut ex thus, fuligo: ad eadē con-veniens, ad quæ thuris fulgo. Ex eo etiam in Sy-ria Styracium oleum componitur, quod ca-le-ficit vehementer, & emolit: verum caput dolore afficit, agravatique, & ioporem adfert. *Medici Florentini & Diocesides.*

**S**tyrax, qui communiter in usu est, sordidus plane est, involutus, & in se bonitatis parum re-tinet. Tempore Diocesidis fufuraceus Styx pro malo habebatur: & nostra ætate signum ex deteriore defumentes accipimus maliam fufu-ras: eam Styracis, quanquam in pulverulentum olim quoque facere solebant: nam cum rufus esset propter quedam, ut scribit Plinius, animal-eula alata, in superficie gummose ipsius partis generabatur pulvis, aut aliquid fufuraceum: ap-parebat tamen magna ex parte esse gummi: cum alterum plane ex fufuribus confert, & tantum in interiori parte sint exigua frustula gummi i-pius. Quare de ista crux tantum interior pars, quæ verum esti gummi vel lacryma, accipienda est: id quæ colore pallido esse debet, ejusmodi enim odoratus est, & saporem validissimum re-tinet. Talisq; olim in Canarū calamis ex Pam-phylia apportabatur, ideoque Styx calamites vocabatur: quanquam exigua ejus copia repe-

riebatur: & quemadmodum Galenus dicit, à vulgari tantum differebat, quantum Falernum ab altero, quod in tabernis venditur. Eligit Dioclesius pingue, Baum, & resinatum, qui granulis albicantibus, quæ sive bonitatem odoris retineant, præditus sit, & inter emolliendum liquorem similem melius fundat: atque talis fuit Cataballites, Pissidicus, & Cilicus. Virtutem niger, furfuraceus, friabilis & situ obductus. Vidi equidem apud Ferdinandum imperium magna fructa Syracus, quæ procul dubio erant ex illius genere, quod etiam tempore Galeni & Dioclesii in panca copia reperebatur: eratque pellucidum, Myrrham fere representans, vel gummi aliquid: quod à quodam mercatore Aleppino dicto Venetiis comparaverat. Et si ali quoque voluntate eius diligenter, forstasti in magnis fascis, qui Venerias advehuntur pleni Syraces, talem etiam inventum, priusquam cum leobibus ligni aut carie ipsius adulteretur, quam egregiam operationem navare solent in ejusmodo de mercibus adulterandis illius loci Judæi.

*De gummi & resinis calidis  
in tertio.*

AMMONIACUM, ARMONIACUM, ferula succus est, quam juxta Cyrenem Aphrica gignit: cuius fructem cū radice Agathylum vocant. Probatur bene coloratum, ligulæ & calculorum expers, thuris similitudine, minutis glebis, densum, incerum, nulla forde spureatum, castoreum odore imitans, gulfum amarum. Gignitur in Aphrica juxta Ammonis oraculum, succum stillante ferulacea arbore. Colligitur menie Junio. Mollit, extrahit, calcificat: tubercula duritasque disertus: potum alvum solvit, partus extracti: hemen coniunit, drachmæ pondere haustum: articulorum coxendicimque doloribus liberat. Auxilio est anhelatoribus, orthopnoicis, comitibus, item quibus humor in pectora coti, si cum melle delingatur, aut cum pisiante succo sorbeatur. Cruentam urinam pelit, albunes oculorum absterget, genarum sebrietiam absunt: tritum autem cum aceto, & impositum jecinoris hienisque duritas sedat, discenti topes, qui in artibus conciluerunt, cum melle aut cum pice illatum. Laetitudines & coxendicum dolores eo perungit utile est, cum nitro & Cypriano oleo viuce acopi. *Dioscorides*.

CEDRIA PIX est ex arbore Cedri collecta. Optima est crassa, periecia, graviodoris: quæ dum esfunditur, guttatum non dissipata coit. \* Cui ea vis inest, ut defuncta corpora conservet, & viventia corrumpat: quæ ex cauda mortuorum vitam aliqui eam appellavere. Veltimeta quoq; & pelles eximis calfactio & ticcandi dose corrumpit: magni ad ocularia medicamenta ulis: quippe illa oculis claritatem affert, albulines, cicatricesq; detergit: instillata autem cum aceto, vermes aurum necat: cum hyssopi decocto infusa sonitus sibilosq; sedat: cavis dentium indita eos frangit, & dolores levat: idem facit, cum

A ex aceto collatur: peruncto ante coitum genitali, concipiendi vim admittit: anginae ea perunguntur, tonsillarum inflammationibus auxilio est, lentes pediculosque illtu enecat: cerasæ mortibus cum lae imposita subvenit: contra haustia leporis marini venena, in passo lumpa, auxiliatur: in elephantia aut inctu, aut perunctione proferit: pulmonum ulceræ purgat, & si cyathus eius abolio beatatur, perfanat, vermes & tinea subter indita necat, & partus extrahit. *Dioscorides*.

*De gummi & resinis calidis  
in quarto.*

BALZO IN, gummi est arboris peregrinæ, (non autem Lalerpitum) agallochi foritan, ut quorundam est opinio, quod vulgare est lignum aloës. Optimum certe transuersum, albis præditum glebulis, thuris, amulum, rubescens, odore grato, & quando utitur, xyloaloës odorem referens: hac enim ratione ab adulterino dignoscitur. *Medici Florentini*.

EUPHORBIUM est succus ex arbore Libyæ ferule: simili emanans. Duo ejus genera: unū farcicolla modo emicans, in granula cōcretum, orobi magnitudine: alterum velut fex quedam est imbecillus. Adulteratur farcicolla & gummi Arabici miscione, sed difficile experimetum, quod levi gustu os accensum diu deinceat. Eligendum translucens. Recent, quia virtus est violentis, non utendū, led annotto. Annis quatuor integrum servari potest cum millo, fabis, aut lenibus, ne elanguescat: quinto enim vel sexto anno vis ejus exolitur. Ceterum cum pleuranque contingat, ut ad nos magis adveniat veritate corruptum, quiam recens, major cura in eo adhibenda est. \* Illius suffusiones disertus: potus tota die exurit, quare mellis collyriusq; pro acuminante ratione admisceri debet. Coxarum doloribus prodest in odoriferâ potionē haustus: squamas ollium eadem de exunit: verum eo utentes, neceps est hinnitens, aut ceratis communire corpus, quo ossa conuentur. Aliqui memoriae predicunt, percussos à serpente nihil molesti passuros, si incisa ossa tenus capitis cœte, intritus succus infundatur, vulnera postea consolatur. *Dioscorides*, & *Medici Florentini*.

*De gummi & resinis frigidis.*

CAMPHORA, vel CAPHURA, Arabibus Indicæ arbore lachryma est: aliis vero, Indicæ bituminis genus. Ferunt, Indos id bitumen, quod ex Camphora nativa stillat, excoquere, quoque tenuissimarum est partum, albescere, & sublatu operculo adhaerere, caphuramque in hunc modum conformari, ut illam videmus. Hinc sit, ut mercatores Caphura bitumen plerumq; admiscant: sed non ita candidat, ut caphura illa modo jam dicta exacta. Eligatur alba, pellucida, sinera, valde odorata, quæ pani calido imposta madescit, nam quæ spura est, arescit. Semine lini, aut pifillii, aut pipere sepulta conservatur, ne acri imposta evanescat. Deterior est crassa, fuscata, nai-

sea, nigra, astulis ligni sui implicita. \* Refrigerat & secat ordine tertio: tenuum adeo partium, ut sepe per se in autam evanescat. Capitis dolores mulcet, illita, incandescentes inflammations restinguunt, praesertimque jecunoris, Renes & lemnaria vas refrigerat, languoremque cogit. Circumpositionibus impunitur ad curis uitiorum conchaudum, & ad arcendas tam vulnerum, quam ulcerum inflammations. Erysipelas extinguit, & adversus gonorrhœam & albas vulvas luxiones efficax est cum siccino & aqua nymphæ hausta. Idem præstans pubi, seu in ventre, testibus rebusque illis: quæ tamen ante phylli feminis spissitudines, aut omphacum, aut solani succo, proposita sit macerata. Sanguinem & naribus producentem sicut, aut cum urete semine immisla, aut ex majoris sedi & plantaginis succo fronti circumdata. Collyris ad cibas oculorum spissitudines utiliter impunitur. Renibus ac testibus illa Venerem extinguit. Corpora à putredine præservat: proinde commode antidotum admittetur, quæ contra venena, veneno forum animalium, & petilentes affectus confundunt. In universum viribus innumeris pollet, quas brevitati conlentes prætermittimus. *Marthiolus ex Avicenna & Serapione, & Medicis Colonienijs.*

**GUMMI ARABICUM** vulgo dictum, & gummi absolute, ex *Acacia Egypti* spina laudatur vermiculorum in speciem contractam, vix modo perlicidum, purum: proximum est candidum: fordidum vero ac resinosum insutile. \* Vis ei ad spissandum, refrigerandumque efficax. Cutis measuris obstruit, & medicamentorum, quibus admittetur, ierimoniam hebet, ambusti ex ore illatum pustulas non parit, ut empere. *Dioscorides.*

**Gummi illud,** quod in officiis vocatur *Arabicum*, est quedam miscella varij guminis ex pluribus arboribus collecti, quod ex coloris diversitate apparet, atque etiam ex descriptione Galeni, qui absolute gummi vocat eam lacrymam, quæ ex itabiliis arboribus omnibus, quæ sunt resinæ, hocque manifestum est, & à maxima parte peritum rei herbarie receptum, nam pauci sunt, qui vulgare gummi Arabicum existimant esse Acaciae gummij, ut multis rationibus non indigeat.

#### De gummi & resinis emollientibus.

**COLOPHONIA,** seu *Pix Graeca*, pini alteriusse arboris resina est, aqua cocta, donec perditus nativo odore, friabilis & arida reddatur: vocatur *Colophoni*, quod è Colophone adheretur. Per colephoniam igitur semper pix Graeca intelligenda est: non quod resina incola non etiam colophoniam vocetur, sed quod in medico usu hujusmodi resinis non utitur, nisi coctis, aut raro admodum, praesertim cum liquide sunt. *Medici Florentini.*

#### De gummi & resinis astringentibus.

**GUMMI AMYGDALARUM** rotum est. \* Calfacit & adstringit: reponientibus sanguinem, potum auxilio est impetigines, que summa cor-

A pus occuparunt, illitum cum aceto tollit: tussi vertuta cum diluto vino potum medetur: calcis cum passo bibere prodest. *Dioscorides.*

**MANNATHURIS**, sunt animatisse thuris micae ex magnis fasciculis concusso clisis, à thure lavigato avericæ. Laudatur alba, pura, micramque frequenter prædicta. Sunt, qui cribrata plini resina, ac polline, aut gummi, aut cortice thuris contusi adulterant: sed hæc igne deprehenduntur. Nam adulterata non equaliter flagrat, incensia, nec acreum vaporē, sed fuliginosum & impurum expirat, variatumque odorem habet, quia gummis non inflammatur, resina in fumum abicit. Hodie minutiæ thuris micae sunt in usu. \* Vin habet eandem, quam & thos, sed invalidum. *Medici Colonienijs, & De Corde.*

**SANDARACHA** Arabiæ est gummis juniperi, vulgo vernæ, qui verno cōpore exudat, & rore verno magis concrevit, & legitur. Bonum est recens, perlucidum, pallidum, dum veteravit, flavebit, & sit friabile in aspero modo, quam toto habitu multum mentitur. in usu frequentiore tamen est scriptoribus & pictoribus, quam medicis, præterquam in infusibus. Sandaracham autem Arabum evidenter diximus, propter sandaracham Graecorum, que inter metallica enumerata est. *Medici Colonienijs.*

**SARCOCOLTA,** lacryma est arboris in Perside nascens, podini chiris similis, colore candido aut rufo, gustu amaro. Præfertur rufa, gustu amarissima. Adulterata gummis, sed gustu deprehenditur: adulterina enim amara non est. Vulnera glutinat, oculorum luxiones inhibet, emplastris inicitur. *Medici Florentini, ex Diocoride.*

**ADSTRINGUNT** quoque gummis tragacantham, Arabicum: de quibus vide suprà suo loco.

#### De gummi calulos pellentibus.

**GUMMI**, quo cerasi refudarunt, cum vino dilato, tussi vertuta medetur: colorem commendat, vitam exactum, appetitiam invitat: idem ex vino potum ea caloris auxilio est. *Dioscorides.*

#### De gummi purgantibus pituitam.

**SERAPINUM**, quod Græcis Sagapenii nuncupatur, ferulaceæ herbæ succus est. Optimum est translucens, fulvo fornicatus colore & intus abso, nescio quid inter laeser & galbanum redolens, gustu aceri. His addic Mefue, ut sit spissum & leve, odore porti, facile in aqua resolubile: quia quod has notas non habet, adulterati alii gumiis censetur. Praestantis est, quod ex Oriente advehitur, quam quod aliunde. Datur à drachma semiſſe ad drachman usam. Corrigitur mastiche & ipica. \* Purgat pituitam crassam, & alios humores lentes, & aquas à ventriculo, intestinis, cerebro, nervis, thorace, pulmone, juncturis etiam longinquis & profundis. Morbis harum partium & aliarum frigidis inde natum succurrit, quovis modo usurpatum: ut cephalalgiae antiquæ, hemiceratæ contumaci, epilepsia, paralyſi, vertigine, spalmo cynico, tremori, dolori

ventriculi, aut colli pituitoso, aut flatulento, cum succo ruta & aceto dictis partibus illitum, & atritis musculis, vel cum liquore idoneo sumptum, & clystere injectum: cum aqua ruta vero, aut helenii nutritum & porum, crassula & lenata ex pulmonibus & thorace potenter educti. Illitum quoque tussi antiquae, difficultati spirandi, dolori lateris prodest. Cum duplo item myrobalanorum citrinarum in hydope aquas ferofas mire extrahit. Splenis quoque duritiem & inflationem dissipat percuti, & cum succo capparis & aceto illitum, item charadas, nodos, & alios tumores duros. Nutritum quoq; cum succo ruta, aut seneiculi, & felle avis alicuius rapacis visum clariorem reddit. Fluxionem in oculum principi factum ab ea coloh sanat, hordeolum ex aceto illitum delet. Menes quoque potum & suppositum evocat, frustum necat: dolori uteri & præfocationi prodest, quoniam tenuat, resolvit, dissipat, provocat, solvit. *Medici Florentini ex Diccoride & Mejue.*

Ex *Sagapeno*, vulgo *Serapino*, in usu est succus, qui ita vocatur, ex planta ejusdem nominis, unde colligitur: tametsi, ut Galenus notat, convenientius esset illud nominare succum *Sagapeni*, & nomen simplex *Sagapeni* relinquere terula sua: sed hoc alius multis quoque luccis accidit, qui sibi vindicarunt simplex nonen suę plantę. Verum *Sagapenum Neapolim* apporatur, modo qui curet eti, non parcat sumptibus, nam admodum cerebro adulteratum affertur. Qui etiam diligenter inquireret, Venetus habere potest. Adulterabatur autem Galeni quoq; tempore *Galbano*, quemadmodum ipse tradit cap. 2. lib. 1. de Antid. Imo dicit altud præterea, quod admiratione dignum est, *Galbanum ministrum* in *Sagapenum* transmutari. Sed facile internoscitur à vero *Sagapeno*, cum, sive sit transmutatum, seu adulteratum arte, aliquid odoris retineat olens hircum, quod *Galbano* proprium est. Nec potest universum *Galbanum* transmutari in *Sagapenum*: sed tantum pars ejus magis spumosa, levior & candidior, & quæ in aquam posita facile dissolvatur. Hoc, ut diximus, odorem hirci refert, & tametsi pro *Sagapeno* usurparetur, non adeo multum noceret, in quamcunque antidotum adhiberetur, nam, ut Galenus ait, facilius simili admodum prædicta est cum vero: & tam *Galbanum* quam *Sagapenum* utiliter usurpatur cōtra morbus serpentum & alia venena. Nosque de simili transmutatione locuti sumus in expositione *Myrræ*. Sed etiam cum aliis missionibus solebat adulterari, quod deprehendebatur ex eo,

A quia in aquam vel vinum posita non dissolvestur, sicuti in vero fit, sed integrum permanebat. Hoc equidem nostro tempore diligenter ei attendendum: nam tum sumebant *Galbanum*, & formabant ex eo certas pilulas infar lachrymæ, cuius magnitudinis solebant illas ex *Sagapeno*. Præstantius itaq; *Sagapenum* erit durum, granulis minutis, colore *Myrræ*, sapore acri, & quod digitis adharet, purum & mundum, forsitan, intus albo colore.

B *SARCOCOLLA* est arboris fruticosæ, spinosæ, ramis nodosis arbori appressis, gummi album, thurn modove pallidum, idque amarus, & ob id valentius. Datur à 3 j. usque ad ij. Corrigitur zingibera & cardamomo. \* Purgat pectorum crudam, & humores alios crassos præcipue a cerebro, nervis, juncturnis, ut illechio, pulmonibus. Ob id senibus pituitosis, asthmaticis, tufientibus prodest, sed calvum accedit, corpus impinguat, sperma auget. Ophthalmia, & hippocrate, & alios oculorum morbos mira juvat, nutrita in vase vitro dies quinque in lacte asinæ, novo quotidie affuso. Auriū ulceri putrido & sanio lo utiliter imponitur, linimentum mulsum, & pulvere hujus inspersum. *Mejue.*

C *OPANAX* est liquor plantæ similis ferulae, caule cubitali, vel bicubitali, pallido, foliis ferrulatis, sed minoribus, floribus anethi modo in umbellis dispositis, odoratis, flavis. Secto autem caule digitis duobus, aut circiter, supra radicem, liquor effluit. Flavus, qui coagulatus est, opopanax optimus, si intus albus est, toris flavus, amarus, fragilis, in aqua mox solubilis, odoris boni, sed sui. Adulterant ammoniaco, injectis scilicet ex ipso gravis opopanace vero. Dolum prodit odor & albedo in fracturis. Datur à 3 j. usque ad ij. Corrigitur masticha & ipica. Purgat pectorum crassam & lentam clam à remosis partibus, cerebro, nevis, lensoriis, juncturnis, thorace. Ob id prodest harum partium affectibus frigidis iude natris, iūli imbecillo, tussi antiquae, difficultati spirandi, ischiadi, gonagræ, podagræ. Vino multo incoctum potu tres mensis potu hydropon levat, & lenis tumorum. Ex multa calente potu, strangunam sanat, mentes movet, abortum facit, aliqui ab utero præfocationi & frigidis ureti affectibus salubiter. Idem aceto solutum collutio, dentium dolorem & erosionem sanat. Potum cum aceto hora una ante accessione, & cum succo apii, & oleo anethino spinæ illitum, rigorem febrilem prohibet. Ex ipso autem, & succo Apii, & aceto bono emplastrum leni inspositum ipsius duritiem dissipat. *Mejues.*

D *OPANAX* est liquor plantæ similis ferulae, caule cubitali, vel bicubitali, pallido, foliis ferrulatis, sed minoribus, floribus anethi modo in umbellis dispositis, odoratis, flavis. Secto autem caule digitis duobus, aut circiter, supra radicem, liquor effluit. Flavus, qui coagulatus est, opopanax optimus, si intus albus est, toris flavus, amarus, fragilis, in aqua mox solubilis, odoris boni, sed sui. Adulterant ammoniaco, injectis scilicet ex ipso gravis opopanace vero. Dolum prodit odor & albedo in fracturis. Datur à 3 j. usque ad ij. Corrigitur masticha & ipica. Purgat pectorum crassam & lentam clam à remosis partibus, cerebro, nevis, lensoriis, juncturnis, thorace. Ob id prodest harum partium affectibus frigidis iude natris, iūli imbecillo, tussi antiquae, difficultati spirandi, ischiadi, gonagræ, podagræ. Vino multo incoctum potu tres mensis potu hydropon levat, & lenis tumorum. Ex multa calente potu, strangunam sanat, mentes movet, abortum facit, aliqui ab utero præfocationi & frigidis ureti affectibus salubiter. Idem aceto solutum collutio, dentium dolorem & erosionem sanat. Potum cum aceto hora una ante accessione, & cum succo apii, & oleo anethino spinæ illitum, rigorem febrilem prohibet. Ex ipso autem, & succo Apii, & aceto bono emplastrum leni inspositum ipsius duritiem dissipat. *Mejues.*

### De Animatis aquatilibus, Sectio XIX.

E *SPOONIS* alias mares appellavere, tenui fistula spissas quarum duriores tragos nominant: fœminas autem, quæ contrarias doles habent. Uruntur eæ, ut alecyonium. \* Recentes sine pinguedine vulneraria sunt, & tumores

reprimunt, recentia vulnera ex aqua poscave cōglutinant: veteres sinus ex decocto melle jungunt. Verusta autem inutilis. Atida ligata lino, si penicilli modo adiungantur, oculata ulcera, callosq; laxant. *Sicca* recutes, & vacua, senilia ulceras, &